

73

LECTIONES HYBERNAS  
IN ALMA LVDOVICIANA  
EAVENTE DEO SUSCIPIENDAS  
RECTOR  
D. IO. CASIMIR.  
HERTIVS  
P. P. O.  
TOTVSQVE SENATVS  
INDICAT  
CIVES GENEROSOS AC NOBILISSIMOS  
AD EAS DILIGENTER AVDIENDAS  
PERAMANTER INVITANS  
D. XIV. SEPTEMBR. M DCC XLIV.  
SVE SIGILLO ACADEMIAE MAIORI.

---

GISSAE

TYPIIS EBERH. HENR. LAMMERS ACAD. TYP.



*In Facultate Theologica.*

**IO. GEORG. LIEBKNECHT,**

*SS. Theol. D. ejusdemque P. P Ordinarius, Superinten-  
dēns, & Consistorii Princ. Assessor.*

**L**ectiones Polemicas, & quidem publice hor. XI-XII. continuabit, itemque Collegium Homiletico-practicum, præmissis legibus exegeticis, quas B. Doct. RAMBACHIVS publicavit, intra privatos parietes instituet, nec ullius, quantum licebit, desideriis Dnorum Commilitonum deerit.

**D. REINH. HENR. ROLLIUS,**

*Prof. Theol. Ordin. Consist. eccl. Assessor atque distr.  
Alsfeld. Superint.*

**L**ectiones publicas in Harmoniam IV. Evangelistarum Sandhagenianam hora IX. bono cum Deo continuabit, privatas vero, easque dogmaticas, in BAIERI Compendium, de novo inchoabit: in Collegio quoque disputatorio, in Syllogen controversialium Fechtianam, horis consuetis perrecturus, aliaque pro voto Dan. Commilitonum additurus;

IO.

## IO. HERM. BENNER P.P.

**P**Vblice priuatimque copta, & ad alteram vsque partem perducta, diuinis auspiciis absoluet. Disputaturis palaestram aperiet: Nouis (si qui fuerint) hospitibus, noua docendo gratificabitur, nisi quos inediae metus ab se deterruerit.

## D. ERN. FRID. NEVBAVER,

*S. Theol. Prof. Publ. Ordin. Stipendiatorum Hassiacorum Ephorus & Definitor.*

**O**Peram publicam collocabit in explicandis & ad finem perducendis duodecim prophetis minoribus, a Nahumo, vbi substitit, incepturnus. Priuatim perget in lectionibus theticis BAIERIANIS. Addet philol. exegeticum collegium in euangelium Matthaei, accurate enarrandum. Alumnis Principalibus methodum studiorum porro praescribet, vtque leges, illis datae, bene obseruentur, numquam non operam nauabit, preces quoque eorum directurus.

## In Facultate Juridica.

### D<sup>R</sup>. IO. FRIED. KAYSER,

*In Regimine & Consistorio Eccles. Director, Jur. P. P Ord. & Primar. nec non rerum Oeconom. in Alma Ludoviciana Inspector.*

**A** Collegii publicis & privatis privilegio Principis liber horis privatissimis SAM. STRYKII Introdus.



in prax. for. exponit, operasque suas in selectis mate-  
riis pro cathedra defendendis Nob. Dn. Da. Commi-  
litonibus qua decet observantia offert.

## D. FRANCISCVS IVSTVS KORTHOLT,

P. P. O.

PVblice historiam imperii enarrabit. Priuatim compen-  
dium iuris publici Moserianum, & Boehmeri introdu-  
ctionem in ius digestorum explicabit, posteriori huic labori  
duas per singulos dies horas destinans.

## D. IO. ERNEST. HOEPFNER,

Prof. Jur. Ord.

PVblice hora II. ad KOPPII Historiam Iuris commen-  
tabitur, Priuatim hora IX. BOEHMERI Ius Dige-  
storum, hora X. GVNDLINGII Ius Nat. & Gentium,  
hora III. BOEHMERI Ius criminale dilucidabit.

## JO. CHRISTOPH. BALSER.

J. U. L. & P. P. Ord.

Publige lectiones ad pandectas, præterlapso semestri cœ-  
bras, sedulo persequetur. Privatim Institutiones, duce  
b. HEINECCIO; nec non ad desiderium Nobiliss. Dom.  
Commilitonum, jus canonicum, praeunte vel illustri  
D. BOEHMERO vel D. ENGAVIO, denuo interpreta-  
bitur. Si qui præterea in explicanda STRVVII juris-  
pru-

75

prudentia romano-germanica, vel jure feudali operam suam poposcerint, lubens eam pollicetur.

## ST. S. WLOEMEN,

*Jur. Doctor & P. P. Extraord.*

Instante curriculo hyberno, labores coepitos quoad interpretationem Institutionum secundum ductum Ill. Dni. HEINECII Elementorum juris civilis, horis consuetis ab VIII. ad IX. continuabit, atque eo diriget, ut, sicuti maxima prope pars iam absoluta, quod eis deest, paucis mensibus absolvat. Digesta praेunite SCHVZIO in compendio ad Lauterbachium denuo exponet, nec non collegium elaboratorio examinatorio practicum aperiet, & si Dominis Commilitonibus haud displicuerit, disputatorium ad certas Theses, singulis septimanis continuandum, instituet, alia quoque ad desideria eorum superaddet.

*In Facultate Medica.*

## D. IO. CAS. HERTIVS, P. P. O.

Siquidem per Rectoratus negotia licuerit, non publice modo, sed privatim quoque Nobiliss. Dn. Commilitonibus in anatomicis pariter atque Chirurgicis satisfacere conabitur, desiderio eorundem in iis se se accommodaturus.

LVD.

## LVD. HENR. LEO HILCHEN,

*Med. D. & P. O.*

**I**N lectionibus publicis, hora XI. Medicinam forensem, Deo volente, absoluet. Priuatim, in praxi speciali tradenda hora IX., in exponendis autem universæ Medicinæ fundamentis hora pomeridiana III., sedulo perget & praeterea institutiones artis seruandorum hominum, cum aliis nobiliss. Dom. Commilitonibus, hora post meridiem II, denuo occipiet.

## D. FRIED. WILH. HENSING,

*P. P. O.*

**P**Raelectionibus ad finem perductis Physiologicis, Chirurgiam ductu BOERHAVII publice explana-re incipiet. In privatis lectionibus Osteologiam atque Splanchnologiam tradet. Cupientibus, oculorum quo-que explicabit morbos.

*In Facultate Philosophica.*

## CHRISTOPH. FRIDERICVS AYRMANNVS,

*Histor. Prof. publ. & Bibliothecar. Ac.*

**P**ublicis Lectionibus ex Historia universali recentiora tempora persequetur. Priyatim Historiam litterariam,

riam , & quae praeterea desiderabuntur , tradet . Sin-  
gulis denique Saturni diebus pro more consueto Biblio-  
thecam publicam aperiet .

## IO. LUDOVICVS ALEFFELD,

*Physic. Pr. P. & Ordinis Philos. b. t. Decanus.*

**Q**VAS superiori aestate , propter legitima quaedam  
impedimenta , aliquanto serius exorsus est , *lectio-*  
*nies publicas in Physicam* . illas eo nunc acrius vrgebit ,  
vt nihilominus consueto tempore ad finem perducantur . Labores priuatissimos pari diligentia prosequetur ;  
nec alia *collegia philosophica* , quaecunque a se postulari  
intelleixerit , vñquam detrectabit .

## D. ERN. FRID. NEVBAVER,

*Antiqq. itemque sacrae & orientalis Philologiae*

*Prof. publ. ordin.*

**A**LTERNIS ebraicam linguam , explicando sex ultimos  
*Prophetas minores* , & simul in gratiam prouectio-  
rum chaldaicam linguam , qua bene magna pars *Danie-*  
*lis & Esrae conscripta* est , vna cum *Syriaca* , ob vetu-  
scissimam N. T. versionem magnificienda , publice doce-  
bit . Priuatum *collegium philol.* in *Matthaeum* aperiet , alia,  
quae desiderabuntur , additurus , siue in litteratura *grae-*  
*ca* , siue in antiquitatibus ebraicis .

## ERNESTVS THOM,

*Prof. Elog. Ord.*

**H**EINECCII fundamenta stili cultioris hora III. expo-  
nere perget . Hora X. libros Ciceronis de officiis  
publice

publice interpretari instituet in quibus explicandis non modo verborum, sed etiam rerum habebit rationem. Cum iis, qui in aliquo genere scriptioris se exercere cupiunt, de hora constituenda aget.

## CHRISTIANVS FRID. MEIS,

*Philos. & J. V. D. ejusque Prof. Extraord.*

PUBLICE ab hora II. ad III. postmeridianam Geographiam antiquam & novam perlustrabit. Privatim primum Historiam universalem ad ductum Cellarii vel celeberr. Bergeri exponet. Deinde ad Logicam Practicam & quomodo ejus regulæ ad usum ducantur, viam monstrabit. Historiæ ecclesiasticæ novi foederis expositionem vel aliarum disciplinarum Philosophicarum explicationem expetituris opera sua non deerit.

PRAETER ista, generosis quoque ac nobilissimis ciuibus, de luculentia equitandi, pugnandi gladio, saltandi, palaestra, Gallicae item & Italicae linguae scholis, per magistros earum artium peritissimos, publice constitutos, abunde prospectum est.

